

# GREGORIANUM

Commentarii de re theologica et philosophica  
editi a professoribus Pontificiae Universitatis Gregorianae

VOL. XXXI 1950 ANN. XXXI

11134  
PONTIFICIA UNIVERSITÀ GREGORIANA  
Roma - Piazza della Pilotta

②

X 201-39

## An Unpublished Treatise of Cardinal Robert Pullen († 1146)

Sermo de Omnibus humane Uite Necessariis  
or  
De Contemptu Mundi

Not much is known of the life of Robert Pullen, but what there is reveals an interesting and influential character<sup>1</sup>. He is one of the first masters known to have taught at Oxford, and the first Englishman to be made a cardinal<sup>2</sup>. In the Annals of Oseney his name is written Pulein<sup>3</sup>. In the title of the present work the Latin form Polanus is used. Not very different is the spelling Pullanus, employed by John of Hexham writing about ten years after Pullen's death<sup>4</sup>. St Bernard,

<sup>1</sup> Roberti Pulli: Sententiarum Libri VIII ed. H. Mathoud, Paris, 1665, (Migne P. L. 186); R. L. Poole: The Early Lives of Robert Pullen and Nicholas Breakspear in *Essays in Medieval History presented to T. F. Tout*, Manchester, 1925; Rashdall's *Medieval Universities*, ed. F. M. Powicke and A. B. Emden, Oxford, 1936, vol. III; F. Pelster: *Leben und Schriften des Robertus Pullus*, *Scholastik*, XII (1937) 241 ff; A. Landgraf: *Bemerkungen zu den Sentenzen des Robertus Pullus*, *Traditio*, I (1943) 210 ff; id.: *Some Unknown Writings of the Early Scholastic Period*, *The New Scholasticism*, IV 1930; F. Courtney: *The First English Cardinal*, *The Clergy Review*, XXV (1945) 152.

<sup>2</sup> A. Ciaconius (*Vitae Pontif. Roman. et S. R. E. Cardinal. ed. A. Oidoinus*, I, 914, Roma, 1677) states that Cardinal Ulricus, papal legate in England in 1109, was an Englishman, but none of the authorities to whom he refers support this statement. The primary source for the visit of Ulricus is Eadmer, *Historiae Novorum IV* (P. L. 159, 480). He is silent on the subject of the nationality of Cardinal Ulricus.

<sup>3</sup> *Annales Monastici*, IV, 19, ed. Luard, Rolls Series, London, 1869.

<sup>4</sup> Continuation of Symeon of Durham, II, 319, ed. Arnold, Rolls Series, London, 1885.

obviously a close friend of Pullen's, and Geoffrey of Auxerre, prefer the form Pullus<sup>5</sup>. John of Hexham records that Pullen was born in Britain, but gives neither the date nor the locality. Having regard to the fact that he died in 1146, when he had behind him a career of teaching and ecclesiastical administration, it seems reasonable to place his birth somewhere in the last quarter of the eleventh century<sup>6</sup>.

Between 1133 and 1138 he was engaged in teaching the Scriptures at Oxford, almost certainly to clerical students in some school attached to one of the Oxford churches<sup>7</sup>. In 1142 he succeeded Gilbert de la Porrée as lecturer in theology at Paris, where he had John of Salisbury among his pupils<sup>8</sup>. At this time he also held the office of archdeacon of Rochester, to which he had been appointed by John, Bishop of Séz, the administrator of the diocese of Rochester during the last three years of the vacancy of that see from 1137-1142<sup>9</sup>. When in 1142 the vacancy at Rochester was filled by the appointment of Ascelin, formerly prior of Dover, the new bishop demanded that Pullen return to his diocese. St Bernard intervened in a letter to the bishop, in which he made it clear that he considered Pullen's presence in Paris necessary, and renewed a request for leave of absence on behalf of the English theologian<sup>10</sup>. Pullen's non-residence was not the only ground of the dispute between him and his bishop. The principal point at issue was the ownership of certain ecclesiastical property. The question

<sup>5</sup> Ep. Bern. 205 (P. L. 182, 372); Gaufridi Clarav. *Libellus contra Capitula Gilbert Pictav. Ep.* (P. L. 185, 616).

<sup>6</sup> Poole op. cit. 61.

<sup>7</sup> Cf. Rob. Pull. *Sermones*, Lambeth Palace Mss. no. 458, fol. 148: «Rami siquidem uestri studia uestra sunt, sc. studia philosophorum, studia artium liberalium, dialectice, grammaticae etc., quibus intenditis, et in quibus totum tempus et studium uestrum consumitis». According to the *Continuatio Bedae* (Oxford, Bodl. Ms. 712, fol. 275), Pullen was accustomed to preach to the people every Sunday.

<sup>8</sup> Cf. Joannis Sarisberiensis: *Metalogicon*, II, 10, ed. C. C. J. Webb, Oxford, 1929.

<sup>9</sup> *Registrum Roffense*, ed. J. Thorpe, London, 1769.

<sup>10</sup> Ep. 205.

was referred to Rome by Pullen while Innocent II was Pope, but did not come up for hearing until the following pontificate of Celestine II. Perhaps because he thought that a friend of Bernard of Clairvaux was not likely to find much favour with a Pope reputedly well-disposed to Abelard, Pullen did not plead his case, and the verdict was given against him. A few months later, in March 1144, Celestine was succeeded by Lucius II. This pontiff summoned Pullen to Rome, and created him cardinal. The adverse verdict of Celestine was now reversed<sup>11</sup>. Before the end of January, 1145, Pullen was Chancellor of the Roman Church. He held this office until late in September 1146, about which time his death seems to have occurred.

The various important offices held by Robert Pullen are evidence of his talents as an administrator. As a teacher and theologian he won the confidence of St Bernard, whose approval was, to say the least, a certificate of orthodoxy<sup>12</sup>. It was probably Bernard's concern to fill the gap created in the ranks of able and conservative theologians at Paris by the death of Hugh of St Victor in 1141, which made him so desirous for Pullen to remain in that city, where the influence of Abelard was still potent. Like Hugh of St Victor, Pullen stood for tradition and orthodoxy, although in theological method he displays more of the dialectical technique popularised by Abelard. Yet Pullen was careful to warn his pupils against the excesses of dialectic<sup>13</sup>. On the questions of the divine omnipotence and omnipresence, at that time keenly debated in the schools, Pullen was ranged with the school of St Victor in opposition to the views of Abelard<sup>14</sup>. In his treatment of the theology

<sup>11</sup> Registrum Roffense, 39 f.

<sup>12</sup> Epp. 205, 362. Cf. Gaufridi Clarav. op. cit.

<sup>13</sup> Cf. Rob. Pull. Sermones, Lambeth Palace Mss, no. 458, fol. 148v: «Item sunt nonnulli qui ... ueram diuinamque sapientiam per falsam et humanam impudenter negligunt. Noctes namque diebus laborando continuant, dum isti de dialectica disputant, illi uero de arte sophistica litigant. Nec desunt qui platonem ceterosque sompniant. Student sophismatibus implicare socios, nec uolunt a nodis peccatorum abstrahere se miseros».

<sup>14</sup> Sent. I, 10, 15, 16. (P. L. 186, 690 ff. 709 ff.).

of the Blessed Trinity he opposed opinions similar to those which were taught by Gilbert de la Porrée, a thinker who, like Abelard, was also to incur the displeasure of Pullen's friend, St Bernard of Clairvaux<sup>15</sup>.

Throughout Pullen's writings there is a note of earnestness and deep piety which is in keeping with what we know of his character from the encomiums of Bernard and John of Salisbury<sup>16</sup>. In addition to the *Libri Sententiarum VIII* the following works comprise the list traditionally ascribed to Pullen: *In Apocalypsin S. Joannis*; *Super Aliquot Psalmos*; *De Contemptu Mundi*; *Super Doctorum Dictis*; *Praelectiones*; *Sermones*.

\* \* \*

Of Pullen's writings none has been edited except the Sentences. As for the *De Contemptu Mundi*, there was no record of any surviving manuscript. However, in T. K. Abbott's Catalogue of the Manuscripts in Trinity College, Dublin<sup>17</sup>, I found mention of a work by Pullen, bound up with several others in ms. C. 4. 21, (Abbott n. 330), which on examination proved to have the title *Sermo elegantissimus magistri Rodberti polani de omnibus humane uite necessariis*. This title does not appear in the traditional lists of Pullen's writings, nor is the work included in the collections of his sermons preserved in manuscript in the English libraries of Hereford Cathedral, Lambeth Palace and Eton College<sup>18</sup>. Its omission from the collections of sermons is not surprising, since it is not a sermon in the strict sense of the word, but rather an ascetical treatise, apparently addressed to an individual. It is about twice the length of the average sermon of Pullen. The *incipit*, «Care

<sup>15</sup> Ibid. I, 3. Cf. Gaufridi Clarav. l. c.

<sup>16</sup> Epp. Bernardi 205, 362. Cf. John of Salisbury, Metalogicon, I, 5: «Rodbertus Pullus, cuius memoria bonis omnibus iocunda est». Ibid. II, 10: «Successit Rodbertus Pullus, quem uita pariter et scientia commendabant».

<sup>17</sup> Dublin, 1900.

<sup>18</sup> Hereford Cathedral Mss. O. 2. VIII; Lambeth Palace Mss. 458; Eton College Mss. Book 4. 2.

*frater considera* » is identical with that assigned to the *De Contemptu Mundi* of the same author. It is reasonable, therefore, to suppose that the *Sermo* and the *De Contemptu Mundi* are but different titles for one and the same work.

The Dublin manuscript, c. 4. 21., forms part of a miscellany made up of two distinct sections, which were only bound together in the seventeenth century. The first of these, a small vellum ms. of 19 ff, is written in a late fourteenth-century hand, and is an apocalyptic tract dating from the early years of the Great Schism. The second consists of 128 ff. (vellum quarto), and contains mss. of the letters of Hildebert of Mans (ff. 19-54), the Dialogues of St Gregory (ff. 54-136), the Pullen text (ff. 136v-143), the Rule of St Augustine (143v-146). The whole of this section was compiled as a single volume, as is proved by its title: « Incipiunt epistule Hildeberti cenomanensis episcopi, cum dialogo gregorii, et quodam sermone magistri Roberti pulani ». There are, however, two distinct hands discernible, both belonging to the early thirteenth century. The Pullen text is written in a rather narrow English hand.

Both sections of the Dublin miscellany belonged at one time to Henry Savile of Banke (d. 1617)<sup>19</sup>. Savile's collection came largely from the Yorkshire monasteries of Rievaulx, Byland, Fountains, Mount Grace, etc. It is, therefore, of interest to find that the only other reference, as far as can be ascertained, to the *Sermo de omnibus humane vite necessariis* occurs in the thirteenth-century catalogue of the library of Rievaulx, which was printed M. R. James<sup>20</sup>. There the title of Pullen's work is given as « *Sermo magistri Roberti pullani de omnibus Christiane vite necessariis* ». Unfortunately, only the title of the Rievaulx copy survives, all trace having been lost of the text. It seems probable, however, that the Dublin copy was related to it, and that it came from one of the monasteries in the neighbourhood of Rievaulx. The alter-

<sup>19</sup> Cf. Gilson in Transactions of the Bibliographical Society, IX, (1908), 139-210, nos. 119, 170.

<sup>20</sup> Catalogue of The Manuscripts in Jesus College, Cambridge, Cambridge, 1895.

native title, *De Contemptu Mundi*, appears in the early sixteenth-century catalogue of the library of Syon monastery, Isleworth, near London<sup>21</sup>. This copy has also vanished. It would appear, therefore, that the Dublin manuscript is the only one surviving of this work of Cardinal Pullen<sup>22</sup>.

Although a variety of topics are treated, the text may be described in general as a treatise on conversion and amendment of life. For convenience of reference I have divided the text into thirteen sections according to the principal subjects discussed. The development of the thought in the various sections may be outlined as follows.

(I) The trials of this life must be endured with patience, in order to make satisfaction for sin, and obtain detachment from the world.

(II) Good works are necessary, as well as immunity from sin. Complete sinlessness is impossible amid the temptations of this life. Nevertheless, there are varying degrees of guilt. Temptations arise either from within or from the devil.

(III) Contrition must be sincere and universal. Perfect contrition suffices to obtain forgiveness without confession and satisfaction, if these are morally impossible. In such a case confession must be made later. When it is possible, confession must not be omitted. It should be humble, sincere, and accompanied by trust in God.

(IV) Confidence in God must be joined with distrust of self.

(V) Gratitude to God is a motive for submission to the trials of this life.

(VI) The thought of death should withdraw men from worldliness and self-indulgence.

<sup>21</sup> Ed. M. Bateson, Cambridge, 1898.

<sup>22</sup> For valuable information regarding the Dublin ms. I am indebted to Father Aubrey Gwynn, Professor of Medieval History in University College Dublin, and to Mr Neil Ker, Lecturer in Paleography in the University of Oxford. I desire also to express my thanks for much help received from Father Maurice Bévenot, Professor of Theology at Heythrop College.

(VII) Love of God and of one's neighbour are essential for salvation. Fraternal charity must be universal, but admits of different degrees of intensity. Riches are to be used as a trust from God.

(VIII) Evangelical poverty is commended, and restitution of ill-gotten goods is enjoined.

(IX) Voluntary mortification is held to be more meritorious than sacramental satisfaction, but prudence is recommended in its practice.

(X) Purity of intention is required, as sinful motives completely corrupt good works and merit hell. Mixed motives render good works profitless, but after repentance the merit inherent in such works can revive.

(XI) Until it is perfected by charity, fear of God is servile, and avails only to exclude the outward execution of sin. Fear and self-interest are useful, but not the highest motives.

(XII) Holy Viaticum should be received before death. Care must be taken to avoid a sacrilegious communion by true repentance and satisfaction.

(XIII) The essence of the Christian religion lies in the practice of the theological virtues of faith, hope and charity.

There can be no doubt that the text is an authentic work of Cardinal Pullen. I have given in the notes references to, and citations from, the Sentences and the unpublished sermons which reveal not only similarities of thought, but also of verbal expression, and which establish this conclusion. The same result is obtained if the style of composition is considered. As in the other writings, we find here a gift of forcèful and terse expression, and a fondness for balanced and antithetical phraseology, which reveal clearly the rhetorical education of the author. It was, no doubt, these literary devices which induced whoever was responsible for the title to describe the treatise as a *sermo elegantissimus*. It is the style, rather than any striking originality of thought, that gives to Pullen's writings a peculiar attractiveness. It will be evident from the notes to this text that much of it is of Augustinian inspiration; nevertheless the treatment is wholly personal.

136v *Sermo elegantissimus magistri Rodberti polani de omnibus humane uite necessariis.*

(I) Care frater considera scripturam que dicit: *flagellat pater omnem filium quem recipit*<sup>1</sup>. Quia sine peccato hic non uiuitur, nec ad ipsum cum peccato acceditur, prius pater ardore 5 uerberis rubiginem exurit iniquitatis. Et quia, teste scriptura, nullum peccatum impunitum<sup>2</sup>, punit in tempore, ne punire opus sit in eternitate, flagris, id est uocat auersum, ne debeat subuerso infernum. Reuocatum purgat plaga filiali, quem aduersum percuteret plaga crudeli. Plaga filialis in homine recipitur, ne 10 post hominem purgatoria irrogetur. Nam cum pena in corpore sit grauis, post corpus fere est intolerabilis. Unde propheta, postquam premisit: *Domine ne in furore tuo arguas me*, statim subiunxit: *neque in ira tua corripias me*<sup>3</sup>. Ira nimirum Dei pena est post hanc uitam peccati, quam, licet purgatoria, 15 quia accerrima propheta pertimescit, qui tamen huius uite afflictionem, utpote leuiorem, non subterfugit, set exposcit, dicens: *Da nobis auxilium de tribulationibus quia uana salus hominis*<sup>4</sup>. Quamobrem deo gratus esse debes, si in hac carne, per quam eum tociens tamque grauiter offendisti, satisfacere 20 licet. Nam in hac ualle lachrimarum, scilicet deiectione miseriarum, quid aliud decet nisi merore presentium merorem precauere futurum? Nichil enim mirandum tempestuoso seculi

<sup>1</sup> Hebr. xii 6.

<sup>2</sup> Mach. iv 17; *Serm. Rob. Pull. Eton College mss. Bk. 4. 2, 147v. 2*: « Nullum quippe peccatum remanet impunitum ».

<sup>3</sup> Ps. vi 1, xxxvii 1.

<sup>4</sup> Ps. lix, 13, cvii 13. Cf. Rob. Pull. *Sent. iv 21* (P. L. 186, 826): « *Domine, ne in furore tuo etc. ... Furorem dicit gehennam, quippe docente Scriptura omnes poenae mitiores gehenna; ignem purgatorium, tanquam furore minorem, iram appellat. Utrumque autem propheta deprecatus, poenam quae inter homines est siluit, quasi diceret: Mala futura expavesco, praesentia minime reformido, ipse enim optans praesentia ut effugeret futura ait: Da nobis auxilium etc.* ». Cf. *Serm. Rob. Pull. Lambeth, Ms. 458 fol. 117*: « Non solum autem dampnationem, sed et purgationum ignem abhorrens propheta ait: domine n. i. f. t. et cetera; hic seca, hic ure. Leuissima enim est pena huius uite in comparatione future ».

huius in salo si procellis tribulationum uersamur, ac per hoc dolorum ac metuum aculeis anxiamur, quandoquidem uitiorum feruore delectamur. Tandem ergo tedeat nos uite nostre supernam spirantes patriam, unde nec desit quod cupias, nec assit  
 5 quod doleas. Ideo enim seculi huius prosperitas innumera aduersitate respergitur, ut deliciis non hereamus solo, puncti uero sepius auolemus polo. Uide sanctos ueteris testamenti; uide etiam noui. Omnes *custodierunt uias duras*,<sup>5</sup> christi uestigia sic secuti, qui ait: *si quis michi ministrat me sequatur, et ubi*  
 10 *sum ego illic et minister meus erit*<sup>6</sup>. Ministremus ergo christo per bona opera; sequamur eum intentione pura, et, si mala occurrerint, in patientia, et ubi ipse est in gloria, et nos erimus iuxta merita.

15 (II) Set sciendum est bona tum demum prodesse cum constat crimen abesse, quia secundum apostolum: *modicum fermentum totam massam corrumpit*<sup>1</sup>. Qui enim unum malum facit multa bona perdit. *Non enim qui operantur iniquitatem in uitiis eius ambulauerunt*<sup>2</sup>. Operantur quia diligunt. Diligentes ergo iniquitatem bona non faciunt que uie dei sunt. *Deo enim*  
 20 *et mammonae seruire non possunt*<sup>3</sup>. Ut ergo bona prosint mala absint: abesse tamen (137) in hac uita omnino non possunt. Nam *si dicamus quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus*<sup>4</sup>. Licet enim uiri perfecti absque omni sorde saltem uite in supremo comprobentur, quippe sine dilatione celorum secreta  
 25 quo sordibus non pertingitur penetrantes; licet ante finem etiam corde humiliato puraque confessione sepius ad integrum peruererint, adeo ut a domino audierint: *in quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor*<sup>5</sup>, ac

<sup>5</sup> Cf. Ps. xvi 4.

<sup>6</sup> Jn. xii, 26.

<sup>1</sup> 1 Cor. v, 6; Gal. v, 9. Cf. Rob. Pull. *Sent.* v, 35: «Bona ergo dum sunt corrupta, imo mortua, quid prosunt? Profecto iam non uere bona, nec boni fructus dicendi sunt». (P. L. 186, 856).

<sup>2</sup> Ps. cxviii, 3.

<sup>3</sup> Cf. Mt. vi, 24; Lc. xvi, 13.

<sup>4</sup> 1 Jn. i, viii.

<sup>5</sup> Cf. Ezech. xviii, 21-2.

per hoc sint iusti, quia ab omni labe sancti, quamuis forsitan adhuc aliquatenus puniendi, non pro eo quod sunt set quod fuerunt. Tales tamen diu esse nequeunt fomite peccati, qui et ipse malus est, set baptisate excusatur, prepediti<sup>6</sup>, ut secundum apostolum *non quocumque uultis faciatis*<sup>7</sup>. Nam domesticus iste humani generis inimicus iugiter trahit etiam sanctos, quantumlibet renitentes, cum ignorantia inuincibili cum fragilitate ad cotidianam saltem et ueniam culpam, set *nichil dampnabilis est*, quia contra cotidiana hec uulnera cotidiana sunt remedia: confessio, oratio, eleemosina<sup>8</sup>. Uerum dum nature  
 10 humane custos ratio officio suo inuigilat, et tanquam uir discretus sensualitati fatue uxori tali moderamine obstat ut ipsi non ad libitum consentiat, tota humani edificii fabrica firma consistit<sup>9</sup>. Plerumque autem inuincibili humanitatis pregrauata languore ratio irrationabilius se inclinat, quod genitus est subitus  
 15 ad malum animi motus, siue ire, siue inuidie, seu stultiuerbi, seu luxurie, similibusque que propassiones uocantur, sine quibus non uiuitur, quibus uoluntas si in nullo se applicat, meatus ille cogitationum illesus tropheum impetrat; nam licet is affectus quandoque se adiungit affectui, tamen ratio obuia contradicit<sup>10</sup>. cum autem caro aduersus spiritum concupiscit, concupiscentiae uero spiritus omnino non dissentit, quemadmodum  
 20 que odit delectatio quedam allicit, non adeo ut eligat que potius improbat, lesus quidem quoddammodo inclinatur, ut post lesionem forcior erigatur. Omnino autem corrueret si que ode-  
 25 rat amaret, ut si, ut fit, sancta mulier inuita opprimitur naturali delectacione haut priuatur: obpressionem tamen oppresionisque lasciuiam odit: stupri ergo maculam, quippe que in

13 tota] toto ms. || 15 genitus est] con. genus ms. || 22 dissentit] dissentit ms.

<sup>6</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* v, 32 (P. L. 186, 854).

<sup>7</sup> Gal. v, 17.

<sup>8</sup> Rom. viii, 1. Cf. Aug. *Serm.* 351 c. 3, n. 6. (P. L. 39, 1541).

<sup>9</sup> Cf. Aug. *De Gen. con. Manich.* 1. 2, c. 14, n. 20 s. (P. L. 34, 207 c.).

<sup>10</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* v, 33 (P. L., 186, 855): «Verumtamen quisquis... gratia confortante adiutus inuisum propulsat languorem, tropaeum diu optatum vix quidem, at tandem adipiscitur. Et hac quidem sunt propassiones».

nullo inquinat conscientiam, nequaquam contrahit. Quod si ipso in actu rigor ille animi nimio ardore impulsus, quasi e loco motus, non quia in aliquo id ratio uoluerit, set quia quasi ad uelle accesserit, puncta quidem, set uenialiter est conscientia, et quia mox resilit facile reparanda. Huiusmodi in se melius quisque intelligit quam alii dicit. (137 v.) Qui his solum graua-  
 5 tur optimus est, ut qui minus urgetur. Quem uero mulierem seu pecuniam contemplari delectat, huc luxuria, illuc tractus auaricia, non ut utrumlibet habeat, uerum quia cernere iuuat, quasi catenam neclit qua tandem ratio perturbatur. Lectioni  
 10 contrarius que ait: *delectare in domino*<sup>11</sup>, et item: *auerte oculos ne uideant uanitatem*<sup>12</sup>. Magis quidem delinquens quam qui de inprouiso mouetur, at conuersus ad cor mox reuertitur; minus quam qui feditati colla subdidit, uel male ut cupiat, uel peius  
 15 ut cupita inpleat. Quod de uenere et mammona circa uisum diximus -de eisdem et reliquis reliquos etiam circa sensus dicendum putamus. Qui quamlibet uidet uanitatem peccat. Nonne peccabit qui auscultat? Nonne grauiter qui tractat? Qui odore culine capitur uel celle non nichil mali facit  
 20 <sup>13</sup>. Qui palam tenetur sapore aliquid plus facit. Uterque tamen longe minus quam qui crapule incumbit. Numerum quippe excedunt que exulanti anime quasi lethea potacione lethargum infundunt, patrie amorem per exilii fetorem quasi prefocando extinguunt. Uerum repatriantem quia reuocare nequeunt retar-  
 25 dare contendunt. Gula et luxuria diluuium; ira et inuidia incendium uiatori minitantur. Similiter reliqua suo modo singula in huius uite procinctu aduersantur, ducatum prebente qui tergiuersator est, qui, ut semel corrui, nil nisi ruinam querit; qui, perspecta nature sue excellentia, non, ut decuit, auctori

9 habeat] *coni.* hanc *ms.* || 10 qua] *que ms.* | ratio] *coni.* uitio *ms.* || 17 quamlibet] quodlibet *ms.* || 22 potacione] potacionem *ms.*

<sup>11</sup> Ps. xxxvi, 4.

<sup>12</sup> Ps. cxviii, 7.

<sup>13</sup> Cf. Rob. Pull. *Sermones* Mss. Eton College, Bk. 4, 2, fol. 162 v. 1: «Odoratus uero, nidorem culine aut aliorum odoramentorum dulcedinem comprehendens, eam sequitur».

gratias egit, set, in tumorem elatus, ac per hoc sede piorum indignus, debitum prauitati locum recepit. Caliginosum in illum detrusus aerem<sup>14</sup>, ubi, proscriptione dampnatus furia succensus, rabiem proprie debacationis, quia in iudicem nequit, in familiam effundit, indignans hominem infirmum illuc subleuari per  
 5 humilitatem, unde ipse, spiritus fortis, depositus est per elationem, malens utique male esse quam soli homini bene. Nam, nature a carcere carnis libere, ut taceam perspicuitatem, quanto antiquior est, perspecto cuiusque mundane etatis decursu, tanto ceteris animantibus prudentior. Quanto autem prudentior  
 10 est natura potens, e uitio quod mali potest uolens, tanto ad nocendum uersutus efficacior est<sup>15</sup>. Nec adeo sunt dampna rerum quam animarum. Intergerit blandimenta mundi, rapturus gaudia celi, laturus cruciamenta inferni. Que autem gaudia? Que  
 15 uero cruciamenta? Gaudium sine merore, cruciamenta absque iocunditate, utrumque sine fine. Hii usque in eternum *non uidebunt lumen*<sup>16</sup>; ibi, *beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te*<sup>17</sup>.

Miser igitur homo, quid facis? *In agone contendis*<sup>18</sup>: oblutatur tibi hostis quem nec potes uidere, neque potes latere.  
 20 Celum in lucta proponitur. Tergiuersatur ille, ut et tu non habeas et ipse magis careat. Agonista (138) obnitens uiriliter age. Inuidus iste tuus destinatam uictori coronam uiolencia sua preripere conatur, et certe preripiet si fidis in te, quia *maledictus homo qui confidit in homine*<sup>19</sup>. Dic potius: *michi autem adhe-*  
 25

2 illum] *coni.* ihs *ms.* || 12 tergiuersatur] tergiuersator *ms.*

<sup>14</sup> Cf. *Somma Sententiarum* tr. 2, c. 4 (P. L. 176, 84): «... dejectus est in istum caliginosum aerem cum omnibus illis qui ei consenserant; non est eis concessum habitare in coelo, quae est clara patria, nec in terra ne homines nimis infestarent; sed in aere caliginoso, qui est carcer eis usque in diem iudicii. Tunc enim detrudentur in barathrum inferni».

<sup>15</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* VI, 48 (P. L. 186, 891): «nimirum tanto quisquis in malo efficacius debacchatur, quanto alios uirtute creationis transgreditur».

<sup>16</sup> Cf. Ps. xlvi, 20.

<sup>17</sup> Ps. lxxxiii, 5.

<sup>18</sup> Cf. 1 Cor. ix, 25.

<sup>19</sup> Jer. xvii, 5.

*rere deo bonum est: ponere in domino deo spem meam*<sup>20</sup>. Et dominus respondebit: *quoniam in me sperauit liberabo eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum*<sup>21</sup>. Si ergo uis adherere deo abrenuncia aduersario, quia nemo potest duobus dominis seruire<sup>22</sup>. Si uis christo esse conformis, desine cum diabolo esse deformis. Te uirtus deo, uitium diabolo similem reddit. Tam dissimilibus similis esse frustra conaberis. Nam *que conuentio christi ad belial*<sup>23</sup>? *Declina a malo et fac bonum*<sup>24</sup>.

10 (III) Nam ante omnia opus est compunctione, ut in quocumque deum offendisti toto corde displiceas, ita ut preterita omnino desleas, et deslenda cauere ulterius proponas<sup>1</sup>. Quoniam si uel in uno uelis deum offendisse, aut offensurus esse, mortifero adhuc teneris uulnere: frustra autem curari expetes, dum  
15 uel in uno incurabilis extes. Nam quomodo ueniam sperabis, uenie datorem dum contempnis? Certe contempnis dum delinquis. Quid enim est delinquere, nisi preceptis dei obsistere? Qui uero preceptis impudenter resistunt nonne precipientem contempnunt? Ut ergo ueniam merearis habere, displiceat tibi quicquid christum noueris nolle. Huiusmodi habitum mentis, ut pu-  
20 to, requirit, cum de penitente ait: *in quacumque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor*<sup>2</sup>. Non dixit: in quacumque hora ingemuerit unius uel duorum uel trium non recordabor. Quod si dixisset, ueniam sperares aliquorum,  
25 etsi non omnium. Nunc autem cum dixit: *in quacumque hora ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor*, manifestat quod quando reus gemit iudex omnia dimittit. Dominus er-

13 aut] ut ms.

<sup>20</sup> Ps. lxxii, 28.

<sup>21</sup> Cf. Ps. xc, 14-5.

<sup>22</sup> Mt. vi, 24; Lc. xvi, 13.

<sup>23</sup> 2 Cor. vi, 15.

<sup>24</sup> Ps. xxxvi, 27.

<sup>1</sup> Cf. Greg. Mag., in *Evang. Hom.* 34 (P. L. 76, 1256): « Paenitentiam quippe agere est et perpetrata mala plangere et plangenda non perpetrare ».

<sup>2</sup> Cf. Ezech. xviii, 21-22.

go non partem dimittit set totum, quando seruus non partim set abicit totum. Hoc propheta sensit cum dixit: iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus<sup>3</sup>. Quoniam dum uel uno mordetur conscientia uicio frustra preces fundit, quoniam deus non exaudit. *In quacumque hora* dictum est, quia si  
5 saltem uite in extremo resipuerit, misericordissimus ueniam non negabit, quippe saluus erit, *sic tamen quasi per ignem*<sup>4</sup>, que est purgatoria pena. Et quidem penitentiam talem esse decet que sola sufficit, siquidem confessionem satisfactionemque extrema  
10 necessitas, non uoluntas, excludit: quod sensit qui dicit: *dixi: confitebor aduersum me iniusticiam meam domino, et tu remisisti impietatem peccati mei*<sup>5</sup>. Id est, proposui uicario dei iniusticiam que ex me est confiteri, nil michi parcens, set uitia gra-  
uiter arguens, et tu merito huius propositi statim impietatem remisisti. Tu, ergo, uere penitens uere postmodum confitere. 15  
Nichil celabis, ut cum propheta dicas: *delictum meum cognitum tibi feci, et iniusticiam meam* non abscondi<sup>6</sup>. Nichil mentieris, ut te humilies, quia *os quod mentitur occidit animam*<sup>7</sup>. Rem ut gesta est tractabis, nec turpem excusando palliabis, nec palliatam excedens uerum nudabis<sup>8</sup>. Sit ueritas christi (138v)  
20 per omnia in te: a uero ne trabaris erubescencia: facies suffusa rubore, dum mentem cruciat, a sorde expiat. Sacerdos cui assistis ne tibi uileat: qualisqualis est, summi pontificis uicarius est<sup>9</sup>. Sacramento suo rex ipse non deerit, si regio caractere in-

<sup>3</sup> Ps. lxxv, 18.

<sup>4</sup> 1 Cor. iiii, 15.

<sup>5</sup> Ps. xxxi, 5: Cf. P. Lomb. IV *Sent.* d. 17, c. 1.

<sup>6</sup> *ibid.*

<sup>7</sup> Sap. i, 11.

<sup>8</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* v, 51 (P. L. 186, 900): « Qui uere utiliterque confitetur, is prout res gesta est persequatur, nec ultra quam res se habet turpitudinem suam exaggeret, nec ipsam abhorrens uerborum appositione excuset ». Cf. Aug. *Serm.* 181 c. 4 n. 5 (P. L. 38, 981). Ivo Carn. *Decret.* p. 12 c. 42 (P. L. 161, 792).

<sup>9</sup> Cf. *Sent.* *ibid.* 902: « Qualiscumque tamen sacerdos sit, et qualitercunque consulerit... quidquid religiose ille edixerit hic suscipiat ». Cf. P. Lomb. IV *Sent.* d. 19 c. 2.



signitus miles humilis adueneris<sup>10</sup>. Impositum pro culpa fascem ad metam usque pertuleris, non tedio, non grauitate, succumbens. Semper memineris que tu deliciosus punire refugis seuerus iudex persequitur, et in minimis. Quotiens ergo te per culpam inquinaueris, tociens inquinamenta dele lamentis. Nunquam eum tedeabit indulgere, nisi quando <te> tedeat repentire. Quid uero ualet penitere, nisi ualeas et ueniam sperare? Ualeas tu sperare, ualebit ipse sperata prestare. Unde propheta: *Reuela domino uiam tuam, et spera in eo, et ipse faciet*<sup>11</sup>. Quare, licet te omni culpe illigaueris, omnique tempore magis magisque desipueris, respiciens haut minus speraueris, quia *ubi habundauit delictum, superhabundauit et gratia*<sup>12</sup>, nimirum quam homo uastare, longe efficacior deus uastata restaurare, *et ipse redimet Israel*, seruum scilicet suum, *ex omnibus iniquitatibus eius*<sup>13</sup>. Scelerum ergo nimirum magnitudo ne te terreat, Dominus in Dauid inuenit uirum secundum cor suum<sup>14</sup>. At tamen adulterium sordidus admisit; adulterii noxiam maculam homicidio iniquo cumulauit. Arguente eum propheta Nathan, non regio fastu indignatus intumuit, set culpam humillime recognouit, et, quia sibi displicuit, multum deo placere promeruit<sup>16</sup>. Petrus, quando tercio negauerat, domino respiciente, colloquia praua fugiens amare fleuit, et esse blasphemus destitit<sup>16</sup>. Si quidem moram in uitio fecisti pertimescis, reminiscere quod paterfamilias, deus, inter alios etiam tota die otiosos, tota scilicet uita a bono opere uacuos undecima hora, id est, in fine uite, in uineam miserit, id est, membrum ecclesie fecerit, et [in] aliis eodem denario, uisione scilicet dei, equauerit<sup>17</sup>. Quapro-

6 tedeabit] tedeabit ms. | te] scripsi || 27 aliis] in aliis ms.

<sup>10</sup> Cf. *Sent. ibid.*: « si medicus modum excedit secando totum suo rex militi rependit in coelo ».

<sup>11</sup> Ps. xxxvi, 5.

<sup>12</sup> Rom. v, 20.

<sup>13</sup> Ps. cxxix, 8.

<sup>14</sup> Cf. Act. xiii, 22; Ps. lxxviii, 21.

<sup>15</sup> 2 Sam. xii, 1-15.

<sup>16</sup> Cf. Mt. xxvi, 73-75; Lc. xxii, 59-63.

<sup>17</sup> Mt. xx, 1-16.

ter, noxarum nec grauitas, nec mora, hereditate excludit: sola desperatio eternum in exilium trudit.

(IV) Nec ergo desperatione torpeas dicens cum cain: *maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear*<sup>1</sup>, nec meritum fiducia lentescas: *non enim condigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis*<sup>2</sup>, quam cum putaueris promeruisse iam ex hoc ipso indignus fueris obtinere, quoniam arrogas meritis quod diuine munus cognoscitur largitatis, Iacob dum seruiret pro Rachel uidebantur pauci dies pre amore<sup>3</sup>. Rachel uisum principium interpretatur. Tu, ergo, ut uisione princi(139)pii qui est deus perfrui merearis, diuino famulatu sedulus assiste. Si te obsequii difficultas terreat, spes Rachelis inuitet. Durus quidem labor in bello, at mira suauitas in palatio. Quanto autem laboriosius militaueris, tanto regi tuo acceptior eris, et iuxta onus militie decus erit corone. Munda igitur afflictio displiceat propter se: ut affectes celum placeat [celum placeat] tibi propter aliud, ut sequaris premium, maxime ut deo <te> reddas gratum. *Non est seruus maior domino suo*<sup>4</sup>. Dominus tuus inhonoratus, sputis dedecoratus, palmis uirgisque cesus, coronea spinea irrisus, ad ultimum inter flagiciosos cruci affixus. Dux bonus omnia belli pericula in se prius expertus, militie sue legem, ducis scilicet strenuitatem tironibus imitandam proposuit. Nos igitur christiane conditionis professores nisi militie ducem nostrum stipemus, domi regnantem qua fronte uidebimus? Et quidem, non solum eius stipatores non sumus, set, quod deterius est, ad hostem cui renunciauimus apostatando preposteris transfugimus; dum derelicti regis edicta luxuriose uiuendo euacuamus, dum amicos eius, scilicet pauperes spiritu, utpote non rebellantes, crudelissimi affligamus. Et adhuc stipendia expectamus? Eia milites christi, re-

17 celum placeat] rep. in ms. || 18 te] scripsi.

<sup>1</sup> Gen. iv, 13.

<sup>2</sup> Rom. viii, 18.

<sup>3</sup> Cf. Gen. xxix, 20.

<sup>4</sup> Jn. xiii, 16; xv, 20.

ditum maturemus: modo licet; postmodum num liceat incertum. *Dies domini sicut fur uenturus est*<sup>6</sup>. Per nos ire potuimus, per nos uenire non possumus. Rogemus ergo ut qui uolentibus iuste permisit abscessum, compunctis misericorditer largiatur accessum. Diffidentia non est opus si affectas bonum<sup>7</sup>: iam arram tenes; tene et inpetrabis. Solius dei munere preuenitur affectus, ut eius merito subsequatur effectus, dicente apostolo: *neque uolentis neque currentis, set miserentis dei*<sup>8</sup>. Nam nec ex homine uolente est bona uoluntas, nec ex eo currente est bonus cursus, set ex deo miserente. Conscientiam ergo confessione mundemus, ne, si uitia sileamus, uirtutum debilitate senescamus, testante propheta: *quoniam tacui inueterauerunt ossa mea*<sup>9</sup>. Silentio quippe uitiorum merita deficiunt uirtutum. Peccata ergo confitere, et cum confessus fueris peccare desiste. Sic enim in ysaia habetur: *peccasti quiesce*<sup>10</sup>. Nec transacta ex feditate presentem ignominiam speres apud deum, qui de prius sceleratis dicit: *nec memor ero nominum eorum per labia mea*<sup>11</sup>. Quasi diceret: adulteri, homicide, periuri et huiusmodi nominabantur, set penituerunt, ideoque preterita iam expiatis non inputo; set et qui nichil obliuisci queo obliuioni in perpetuum trado. Si apud homines infamiam incurris, infamis perdurabis. Si cui temporaliter subderis inhonorasse, si quid in eum nequiter egisse, conuinceris, uix prolocutorum crebra mediatione cum dispendio pecunie gratiam tandem comprehendis; nec uere, quia ex tunc dum uiues illi suspectus eris. Ergo *quis sicut dominus deus noster, erigens de stercore*<sup>12</sup> prauitatis mundi contemptores, *ex usuris et iniquitate redimens animas eorum, et honorabile (139v) nomen redemptoris coram illo*<sup>13</sup>. Mira res: cui macula non contingit, stercore prouolutos non negligit; sui contemptores non abicit; non prolocutores querit; potius proprium sanguinem pro ini-

<sup>6</sup> Cf. I Thess. V, 2; Mt. xxiv, 43.

<sup>7</sup> Rom. ix, 16.

<sup>8</sup> Ps. xxxi, 3.

<sup>9</sup> Cf. Is. i, 16.

<sup>10</sup> Ps. xv, 4.

<sup>11</sup> Cf. Ps. cxii, 5; I Sam. ii, 8.

<sup>12</sup> Cf. Ps. lxxi, 14.

micis fudit; a dura pharaonis seruitute liberauit; sicque ex inimicis amicos reddidit, sola bonitate ductus, non necessitate compulsus. Nam *deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges*<sup>12</sup>.

(V) Ad hoc igitur respicientes tanto largitori quid digne rependere ualeamus, cum tota uita nostra quantumlibet religiosa uix cotidianis usibus equari queat, praesertim cum nec nocere nec prodesse auctori nostro possimus? Alioquin qui miseria caret miseriam habet, dum uel hinc timore dampni uel hinc cupiditate proficui anxietur. Nos igitur agentes totius uiribus saluationis iugum subeamus. Quod possumus faciamus, ne de tantis beneficiis ingrati simus. Gratias agamus, recolentes quia in dextera eius *anni uite*<sup>1</sup>, in sinistra uero temporalia ut inferiora: diuitie et gloria et honor. Quippe dextera dat eterna ut potiora, sinistra uero temporalia ut inferiora. Item, *omne domum perfectum desursum est*<sup>2</sup>, quippe quicquid boni habemus e dono dei suscepimus. Ad eterna ergo dum peregrinamur in corpore suspiremus; diurnis de commodis grati simus, maxime de anime profectibus, ita nobis nil nisi mala, sicut deo nil nisi bona imputantes. Pestiferas aeris inmutationes, crebras egritudinum accessiones, reliquas mundi erumpnosas uices non accusemus, ne deum culpemus. Nam sicut per uitia neminem deus temptat<sup>3</sup>, ita per flagella et suos emendat et adulterarios cruciat. Quapropter, secundum iob, bona nimirum prospera mala uocat aduersa. Prospera stolidum dum sibi trahunt ab eternorum intuitu abducunt. Aduersa dum urunt caducei rei ab illecebris uoluunt. Quocirca gratiores datori rite extiterimus dum per aduersa erudit, quam dum per prospera emollit. Pertinent igitur prospera dum alleuantur deitiendum; aduersa dum deitiuntur alleuandum.

10 nos] nobis ms.

<sup>12</sup> Ps. xv, 2.

<sup>1</sup> Cf. Prov. iv, 10; ix, 11.

<sup>2</sup> Jac. i, 17.

<sup>3</sup> Cf. Jac. i, 13.

(VI) Quamobrem si tibi alludit mundus time fallacem, memor quia *extrema gaudia occupat luctus*<sup>1</sup>. Omnis enim mundana iocunditas in exitu amaricatur. Igitur in nouissima tua semper intenderis. Sperne fallaciter blandientem. Preciosa uestium uarietate circumdatus<sup>2</sup> quid te circumspicis, quid pre te alios contempnis? Ueniet dies illa qua nitore hoc exutus horribili appareas cilicio inuolutus. Quid sapidis epularum irritamentis iam fastiditum pregrauas stomachum, iam abeuntem contra nature prescriptum reuocas appetitum? Quid tanto studio ferculorum alternationibus distendis? Recogita, queso, cui pinguedinem istam nutris. Et quidem bruta ad esum reseruantur hominibus: tu, uilis sarcina, proitieris uermibus. Turres ad securitatem eriguntur, edificia ad uoluptatem dilatantur. Set mors non propugnaculis exter<r>etur, nec delitiis mitigatur: immitti uultu acriis extractos hospitii subterraneis recondit mansionibus. Frustra patenti gloriaris palatio, breui tandem artandus sarcofago. Itu et reditu forsitan miraris (140) clientum, dum quisque suo insudat negotio. Set cum inuitum extrema hora te protrahet tue quantitatis ad domum, cui tuorum libeat hoc in lugubre prosequi habitaculum? Atqui parum est ut ergastulum tuum exhorreant, nisi quantocius suis te finibus excludant. Uerum huius mundi de superbia quid dicam? Quam si tecum attulisti tecum rite referas, at nudus huc es ingressus<sup>3</sup>, nudus hinc regressurus, que hic inuenisti hic relicturus. Quocirca cum amiseris doliturus, dum habes diligis insanus que nec tecum permanere queant, et cum recesserint perniciem anime derelinquunt. Sanus es? humane fragilitatis in ruinam propendentis memineris. Egrotas? Subsecuturæ mortis preconem noueris; et quia finis semper es incertus semper uiuas quasi iam moriturus, memor quod membra prauorum prout exercentur in culpa exercebuntur in pena. Unde lingua diuitis cum garrulitate edacitatis rea,

14 immitti] conī. immui ms.

<sup>1</sup> Prov. xiv, 13.

<sup>2</sup> Cf. Lc. vii, 35; Ps. xlv, 10.

<sup>3</sup> Cf. Job. i, 21.

et ariditate cruciatur in flamma<sup>4</sup>. Quare semper ante oculos habe hinc celum, inde infernum. Infernus summi iudicis ergastulum, quo intenduntur rei, non amplius emensuri, quia in inferno nulla est redemptio. Celum summi regis palatium, quo soli pertingunt pii, torrente uoluptatis potandi.

(VII) Retrahat te a uitiiis horror miserie: ad melius studium te prouocet amor glorie. Set frustra et penam fugies et gloriam queres nisi amore. Ama ergo deum, ama et proximum: deum plus quam te, proximum tanquam te. Nam *qui amat patrem aut uxorem insuper et animam suam*<sup>1</sup> plus quam deum deo se exhibet indignum. Quodlibet mundanum plus quam deum amare conuinceris dum prohibentem spernis et prohibitum facis. Heu miseri: hic disiungimur deo, heremus diabolo. Quippe dum feditatis turpitudinem deo preferimus non immerito ut lutum platearum deleri expectamus. Deum plus quam te diligis, si non quid tu sed quid deus uelit intendis, non querens que *tua sunt set que iesu christi*<sup>2</sup>. Ut proximum tanquam te diligas, te primum diligere scias, nam *qui diligit iniquitatem odit animam suam*<sup>3</sup>. Quare tibi tu et proximus sic diligendi estis ut siue delectant, siue grauant, que ad salutem profutura noueris optes, que nocitura oderis. Amor namque adeo moderanter temperandus est, ut in nobis et proximis nichil pestiferum amplexemur, nichil saluti anime aspernemus. Nullum hominem tibi alienum estimes, quem et idem pater in celo et eadem parentalis origo in mundo cogit esse germanum. Diliges ergo notum et ignotum et, precipiente deo, etiam inimicum. Nam quid laude dignum facis si rediligentem te diligis? Hoc faciunt et canes, lupi et tygres. Noli solum assimilari bestiis effectus ipse

16 non] num ms.

<sup>4</sup> Cf. Lc. xvi, 24.

<sup>1</sup> Cf. Mt. x, 27; Lc. xiv, 26.

<sup>2</sup> Cf. Phil. ii, 21.

<sup>3</sup> Ps. x, 6. Cf. Hug. a S. Vict. *De Sacr.* L. 2 p. 13 c. 10 (P. L. 176, 537): « Itaque seipsum primum bene diligere debet, ut postea secundum se bene diligat et proximum suum ».

bestialis. Enitere ad id quod solum est rationalium, amorem inimicorum, et eris *sanctorum* conciuus et *filius patris tui qui est in celis*<sup>4</sup>, dicit dominus. Audi quod dicit iohannes: *qui non diligit fratrem manet in morte*<sup>5</sup>. Quid ergo qui odit? Quocirca quamdiu uel unum hominem oderis, quecumque a te bene gesta fuerint ne quid ad salutem ualeant si interim obieris, dicente apostolo: *si distribuero omnes facultates meas in cibum pauperum et tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nichil mihi prodest*<sup>6</sup>. Age ergo penitentiam, ut opera que mortua fuerant reuiuiscant. Set dicet: graue nimis iugiter aduersantem tolerare, nedum amare certe est. Set grauius est in gehenna cremari. Set ualde bonum est in celo beari. Incolatus iste et hoc et alia secum dura ingerit, quamquam plurima que forte mente feras, nam *militia est uita hominis super terram*<sup>7</sup>. Effeminate miles, belli delitias queris? Plane deliras. Militie opus est sudore: domi reseruatur delitie. Sudor belli decus inpetrat domi. Siquidem in adolescentia militem agis strenuum, in senecta uberi centuplate merces ditabit emeritum. Notandum uero nobis est quod cum dicitur, *diliges proximum sicut teipsum*<sup>8</sup>, non equalitas nobis set similitudo amoris indicitur. Nam quis tantum diligit alium quantum seipsum? Quomodo illum qui te subuertere totis uiribus conatur, et eum qui te in fide toto studio solidare usque etiam ad sanguinem oblectatur equaliter diligere poteris, nisi alteri beneficiorum ingratus extiteris? Lege scripturas. Inuenies iesum non equaliter amasse discipulos, set et apostolos quosdam priuilegio amoris prerogatos, cum quibus puto salamonem sensisse cum de domino ait: *ordinauit in me caritatem*<sup>9</sup>. Caritatem nimirum ordinatam obtinemus dum unumquemque secun-

15 feras] dicit *add. ms.*

<sup>4</sup> Cf. Mt. v, 45; Lc. vi, 35.

<sup>5</sup> Cf. 1 Jn. iii, 14.

<sup>6</sup> 1 Cor. xiii, 3.

<sup>7</sup> Job. vii, 1.

<sup>8</sup> Jac. ii, 8. Cf. Lv. xix, 18; Mt. xxii, 39; Lc. xix, 18. Cf. P. Lomb.

III *Sent.* d. 29 c. 2.

<sup>9</sup> Cant. ii, 4.

dum gradum suum diligimus<sup>10</sup>. Sciendum tamen quod quicquid nobis amico uiro bono rite optamus idem ipsum et inimico et cuilibet etiam nequissimo optare debemus. Alioquin si quid imminuimus inuidiosi, auare dispensamus quod largus dominus eis emendatis forsan est erogaturus, ad quos propensiores nos esse decet. Nichil igitur religionis, nichil post religionem eterne mercedis resecandum est flagitioso quod iure debeat inpendi deuoto. Unde Agustinus: Omnes, ait, eque diligendi sunt<sup>11</sup>. Quamobrem dum omnibus idem ipsum affectamus, omnes eque diligimus. Dum uero huic quam illi, licet idem munus, at non affectuosius ardentiusque appetimus, profecto ordinatam seruantes caritatem, non inequaliter utrumque amamus. Set si queras, quis est qui non amat deum, omnes una uoce respondent, non ego. Nimirum rarus est qui non amat deum, set amor iste uanus est nisi tantus est ut religionem inportet. Unde dominus: *si quis, inquit, diligit me sermonem meum seruabit*<sup>12</sup>. De amore autem fratris apostolicam audi sententiam: *cum quis uidit fratrem suum necessitatem patientem, si clauerit uiscera sua ab eo*, id est, cum possit iuuare non iuuat, caritatem non habere, ac per hoc ex deo non esse <euincitur><sup>13</sup>. Atqui parum est fratribus necessaria non subplesse. Ultro prosequimur, ipsos affligimus, sua surripimus, et tanquam rem bene gestam in lacrimis inopum gloriamur, uidue gemitu, orphanu luctu, mendicorum pauperatu. Apotecha nostra redundat, et adhuc iudicem iesum non timemus, cuius membra plus quam bestialiter lace-  
ramus? *Uerum deo est iocundus homo qui miseretur egentis per compassionem et commodat*<sup>14</sup>, (141) in eternum recepturus,

5 eis emendatis] *coni. c(uius) sem datis ms.* || 17 fratris] *fratres ms.* ||  
20 euincitur] *scripsi.*

<sup>10</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* vii, 5 (P. L. 186, 917): «Sicut enim ordo quidam attendendus est in charitate iuxta illud: *Ordinauit...* ita quoque in his quos parit charitas effectibus, ut primo prouideas tibi, postmodum aliis, unicuique prout tibi magis minusque est coniunctus».

<sup>11</sup> *De Doctrina Christiana* 1, 28 (P. L. 34, 21).

<sup>12</sup> Jn. xiv, 23.

<sup>13</sup> Cf. 1 Jn. iii, 17.

<sup>14</sup> Cf. Ps. cxi, 5.

uel rem uel correctionem seu consilium seu laboris industriam et, si aliud non potest, bonam uoluntatem, sine qua nichil prosunt cetera. Que cum plus nequit sola sufficit, cum plus potest nunquam sola est. Quid ergo de paupertate querimus, quasi unde deo seruiamus non habentes. Non pecunia, set uoluntas pia apud deum perornat. Diuites ditia mittebant donaria in gazophilatium, paupercula mulier solum duo minuta, et, licet pauper diuitibus preferri a domino commendando meruit<sup>15</sup>. Quare? Quia discretor mentium affectum ponderat non censum. Qui permulta possidet per multa offendit, redditurus rationem quia male dedit quia male retinuit. Dominus de otiosis etiam uerbis rationem requiret<sup>16</sup>, et ad pecuniam qualiter ueneris, in quos usus expenderis non discutiet? Mendicus ad ianuam siti moriturus et fame, quem prandii superfluis poteras sustentasse. Diues, 15 Lazarum non uides<sup>17</sup>, homicida? Pallam nimio ereptam trahis luto, et frater tuus, pro quo christus mortuus est, tremit frigore. Reus es inhumanitatis. Cur eget orphanus et uidua, dum habes quo carere ualeas, et unde egenis subuenias? Iniquus dispensator es. Dominus omnium pecuniam suam tibi commendauit tuis 20 tuorumque necessariis usibus reseruandam, at reliquam totam hospitibus ceterisque humanitatis officiis dispensandam. Censum tamen, si iure possides, et multiplicare legitimis modis licet, et prouidere in posterum minime dedecet, ut tanquam dispensator prudens sic in praesens sis largus, ne in futurum habearis in- 25 prouidus.

(VIII) Set quia nimis difficile et pene impossibile est res mundi digne sancto tractare, securius est nichil omnino possidere unde debeas periculum timere. Unde dominus: *Si uis perfectus esse, uade et uende omnia que habes et da pauperibus,*

15 homicida] est *add. ms.*

<sup>15</sup> Cf. Mt. xii, 41; Lc. xxi, 1-4. & Rob. Pull. *Sent.* vi, 12 (P. L. 186, 871): «Unde paupercula mulier plus diuitibus misit, quia quod minus erat in re pensabatur ex uoluntate».

<sup>16</sup> Cf. Mt. xii, 36.

<sup>17</sup> Cf. Lc. xvi, 19-31.

*et ueni et sequere me*<sup>1</sup>. Hec tamen admonitio illi non fit qui alligatur uxori et familie. Sua non sinitur uendere, testante apostolo quia, *qui non habet curam suorum et maxime domesticorum amisit fidem*<sup>2</sup> et est infideli deterior, et item: *alligatus es uxori? Noli querere solutionem*<sup>3</sup>. Cultorem ergo dei non im- 5 pedit set expedit paupertas. Non est tamen prohibitum diuitias habere, quibus patriarche leguntur habundasse, et reges et sanctissimos testatur scriptura, ut dauid et ezechiam. Quippe non diuitie deputantur uitio, set qui eas comitatur tumor et luxus. Unde propheta: *Diuitie si affluent non est apponere*<sup>4</sup>. Hoc enim 10 non licet. Unde apostolus: *tanquam nichil habentes et omnia possidentes*<sup>5</sup>, quales sunt hii qui eas habent ad usum non ad luxum, ad proximorum commodum non contemptum, qui nec ut eas habeant, nec ut iam habitas retineant, mandatis dei superse- 15 deant. Set si alterutrum necesse est: aut ut deum offendant, pecunias querentes uel quesitum seruantes, aut ut deo obediant, set non nisi dampnum incurrant, libere res ut ster- cora abicientes deum preferunt. Tales, licet quodam amore caducis hereant, quia deum plus amant salui erunt, *sic autem quasi per ignem*<sup>6</sup>. Nam qui equaliter uel plus amat mundum 20 quam deum, hic est amicus mundi, ac per hoc inimicus constitutus. Si uero fraudulenter seu rapina res tuas adeptus es, (141 v) unicuique quod suum est restitue, non solum quod tuleris, set similiter quod interim acruisse potuit. Unde zacheus: *si quem defraudauit reddo quadruplum*<sup>7</sup>, ut restituat ablatum 25 et dilationis dampnum. Quod si, re elapsa, debitum persoluere nequis, nisi ueniam obtines, dedas te cui debes. Si uero is non

20 amat] amant *ms.*

<sup>1</sup> Cf. Mt. xix, 21.

<sup>2</sup> Cf. 1 Tim. v, 8.

<sup>3</sup> 1 Cor. vii, 27.

<sup>4</sup> Cf. Ps. lxi, 47.

<sup>5</sup> 2 Cor. vi, 10.

<sup>6</sup> 1 Cor. iii, 15. Cf. Aug. *Enchir.* c. 69 (P. L. 40, 265).

<sup>7</sup> Lc. xix, 8. Cf. Rob. Pull. *Sent.* vii, 5 (P. L. 186, 9178): «Utrumque necesse est agere, ut quod de iniuria habes recto possessori modo aliquo restituas; si non more Zachaei quadruplum, at saltem simplum».

est superstes cuius rem habes, aut propinquioribus generis, aut si presto non sunt, pro defuncto impendas egenis. Si autem et quibus et quantum sustuleris ignoras, tua bonis usibus obnoxius dispende.

5 (IX) Nemo tunc tantum disciplinam noxarum speret purgatoriam cum quod a sacerdote iniungitur ipse implere conatur: immo quod per se adiecerit preclarius puto. Nam quod ibi necessitas cogit, hic accumulatur uoluntas. Illud timori, istud sepius deputandum amori. Illud post mortem a pena liberat: istud  
10 coronam procurat, et, si quid minus a sacerdote inponitur, consummat. Communiter prophetam audiamus: *apprehendite disciplinam*<sup>1</sup>. Quippe qui iugiter offendimus iugiter remedio indigemus. Ideoque, licet aridens mundus disciplinam uertat in fugam, apprehendamus fugitiuam. Iudex enim noster iuste ordinauit ut quod delectatio infecerit amaritudo diluerit, primo  
15 spiritu contribulato, deinde fame, siti, frigore, uerbere, fatigatione, et si que sint similes spontanee afflictiones, que eo usque ualeant ut homo affligatur non consumatur. Nam secundum apostolum: *nemo carnem suam odio habuit, set nutrit et fouit*  
20 *eam*<sup>2</sup>. Qui ergo carnem suam non fouet homo non est. Set eodem docente: *carnis curam ne feceritis in desiderijs*<sup>3</sup>, carnis curam concedit, desideria interdicit. Nam idem, *castigo*, inquit, *corpus meum et seruituti subicio*<sup>4</sup>. Quare uita nostra ita moderanda est ut et culpa carnem affligat, et tamen natura  
25 uigeat, uerum non adeo ut superfluis caro insolescat. Quamobrem, sicut anxietate culpa est resecanda, ita fomentis natura solidanda<sup>5</sup>. Iugum domini portare iubemur. Si uires ultro per-

<sup>1</sup> Ps. ii, 12. Cf. Rob. Pull. *Sent.* vi, 51; vii, 3 (P. L. 186, 902, 914).

<sup>2</sup> Eph. v, 29. Cf. Rob. Pull., *Sermones* Mss. Eton College, Bk. 4, 2, fol. 141 a: Iste lapis illum hominem significat qui sic munde uiuit et suam carnem castigans secundum apostolum in seruitutem redigat. Carnem quippe castigare et in seruitutem redigere est sic castigare ut seruire ualeat. Hinc est quod idem apostolus ait: Nemo carnem suam odio habuit, set nutrit et fouit eam. Tunc quoque carnem nostram diligimus, si non ad uoluptatem, set ad dei seruitium nutrimus, ut est illud: carnis curam ne feceritis.

<sup>3</sup> Rom. xiii, 14.

<sup>4</sup> Cf. 1 Cor. ix, 27; Aug. *De Doctr. Christ.* 1. 1 c. 23 n. 24 (P. L. 34 27-8).

<sup>5</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* vii, 3 (P. L. 186, 913): «Macératione ergo assidua

dimus, nonne iubenti iniurii sumus? Tu nec alii nec debes nocere tibi. Uerum quia post compunctionem diligentius sordes satisfaciendo eluimus, aut in hac uita, nunc per dampna nunc per ignominiosa, siue in nobis siue in caris nostris, miserabilibus modis <penitens> emendatur, aut post hanc uitam seuerius  
5 multo examinandus reseruatur<sup>6</sup>. Unde et iude ad cumulum miserie, *fiant*, inquit, *filii eius orphani et uxor eius uidua*, et cetera que sequuntur<sup>7</sup>. Nam et gehenne intrusus sue dampna familie putatur indoluisse. Sunt qui peccare desunt, set satisfacere negligunt. Hii merito negligentie in iam deserta recidunt. Unde propheta, postquam ad spirituales reges loquens premisit, *apprehendite disciplinam*, adiunxit, *ne quando irascatur dominus*. Quasi diceret, nisi peccata punitis ad puniendum deum prouocatis et uiam iustam deseretis. Unde sequitur: *et pereatis de*  
10 *uia iusta*<sup>8</sup>.  
15

(X) Cauendum nobis magnopere est ne dum quid bonum agimus mala intentione corrumpamus. Si autem oro, si opera misericordie impendo, ut nec ego nec cari necessariis uite destituamur, quemadmodum ecclesiam pro temporalibus etiam commodis et ne infirmi deficient (142) nouimus interpellare, non  
20 malum puto est. Quod si nobis uel proximis benefacientes salutem corporis exposcimus aut mentis, in illo bene in isto optime fieri non ambigimus, et quod que tali intentione fiunt reprehendi nequeunt, dum et digne deo offertur et pro oblati dignum retribui postulatur. Qui autem ditari uel celebrari moluntur dum  
25

5 penitens] *scripsi*.

corpus est castigandum et refectione quotidiana refouendum; ut et maceratio corpus in seruitutem redigat, et relectio seruituti uires exhibeat.

<sup>6</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* vi, 52: (P. L. 186, 902): «Si non ut oportet sacerdos punit, poenam Deus superaddit, aut in futuro ignibus purgatorijs, aut in hoc saeculo uariis modis poenitentem nunc confusione afficiens, nunc cruciatu caedens, nonnunquam quae chara habebat tollens».

<sup>7</sup> Ps. cviii, 9. Cf. Aug. *Enarr. in Ps.* 108 n. 17 (P. L. 37 1437): «Dicit aliquis: Etiamne hoc ad poenam Iudae pertinere credendum est, quod post ejus mortem ad mendicitatem uxor ejus et filii pervenerunt».

<sup>8</sup> Ps. ii 12.

opera, ut putatur, bona continuant, quia deum in hac opera non respiciunt, a deo mercedem non accipiunt. De ypocritis enim ait dominus: *Amen, dico uobis, receperunt mercedem suam*<sup>1</sup>: in mundo quidem lucrum aut gloriam, in inferno recepturi penam; nec inmerito, quia exhibenda deitati exhibuerunt uanitati. 5 Sunt qui deo seruiunt, set pro seruitute indigna deo petunt, et quia iustum iniusto cohoperari uolunt, quem sibi nequiter assimilant nequitie iudicem exacerbant. Quidam autem dum bene agunt partim deo, partim intendunt mundo, querentes per idem 10 sibi in celo deum placare, in mundo lucrum et famam comparare, et quia eundem cultum deo exhibent et lucro, indignatus parem recusat seruitutem, quia *nemo potest deo seruire et mam-mone*<sup>2</sup>. Que taliter sunt mortua sunt. Set quia deus in parte extitit causa, si alteram partem penitentia liberauerit, quod 15 prius mortuum fuerat iam uiuit<sup>3</sup>. Cum autem intentio undique corrupta reprobatur, quecumque bene fieri putas non rediuiua moriuntur. Audi dominum: *lucerna corporis tui est oculus tuus*<sup>4</sup>. Oculus est intentio, sine qua quecumque fiunt erronea sunt. Corpus est diuersorum operum inter se congruentia. Quare 20 intentio pura illustrat et regit bona opera. Uerum que nulla uel mala intentione fiunt ea non bona aut mala iudicanda sunt<sup>5</sup>. *Arbor enim mala fructus malos facit*<sup>6</sup> Arbor intentio; fructus, operatio. Secundum arboris naturam fructus contrahit proprietatem. Sic affectus intentionis operi nomen imponit, uel uitii, 25 uel uirtutis. Quare ut bonitas sit in opere situm est in intentione, de qua dominus ait: *si oculus tuus fuerit simplex totum corpus*

<sup>1</sup> Mt. vi, 2, 5, 16.

<sup>2</sup> Cf. Mt. vi, 24; Lc. xvi, 13.

<sup>3</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* V 33 (P. L. 856A): «Homo dum talis est, mala arbor est, quae quae bonos fructus non facit. Interim tamen plerumque multa agit, quae si secundum naturam attendas, bona utique sunt; si secundum affectum, iam non sunt. Nimirum uicinia mali bona enervantur. Quippe modicum fermenti totam massam corrumpit donec poenitentia succurrat, ut ea quae mortua fuerant reviviscant».

<sup>4</sup> Mt. vi, 22; Lc. xi, 34.

<sup>5</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* V, 35 (P. L. 186, 357): «Nulla tamen ratione bona sunt quae nulla, aut mala de intentione procedunt».

<sup>6</sup> Cf. Mt. vii, 17 sq.; Lc. vi, 43.

*tuum lucidum erit*<sup>7</sup>. Duplicem ergo oculum, quorum alter celum alter spectat mundum dominus condempnat, simplicem amat qui solum intendit sursum, unde scriptura: *oculi sapientis in capite eius, quod est deus; oculi uero stulti in finibus terrae*<sup>8</sup>.

(XI) *Noli timere eos qui corpus occidunt*<sup>1</sup>, qui te uariis 5 dampnis afficiunt. *Noli*, inquit, *timere ut maligneris*<sup>2</sup>; nam timorem natura, malignitatem uoluntas inportat. Et dominus timuit ne timentes pati desperarent. *Illum autem time qui potest corpus et animam mittere in gehennam*<sup>3</sup>. Timor mundi ad mala, timor dei ad bona trahit. Nam qui timet deum faciet bona, 10 nondum facit. Timor a deo infunditur ut praua deserantur. Caritas superaddita ornat bonam uitam. Timor a manu non corde agit iniquitatem. Iniquitas sedet cordi, et si impune liceret faceret<sup>4</sup>. Timor deserit mala que diligit, sicut facit <bona> que odit, malletque non esse uindictam que frenat uoluptatem. 15 Qui ergo timet penam odit iusticiam. Seruus timens non amat dominum. Offitio quidem sedulus, hereditate tamen eitiendus: nec enim hereditatem querit; solum penam fugit. (142 v). Accedat caritas: iam qui timet deum faciet bona, non adeo horrens penam quam affectans iusticiam, magis dolens dum per 20 culpam deum offendisse meminit quam dum penam pro offensione suscipit. Si nec terreretur supplitio, nec inuitaretur premio, haut eo diuine renunciatus militie; his tamen quasi stimulis innatis obsecutus. Quanto augetur amor, tanto minuetur

13 praua] prana ms. || 14 bona] scripsi.

<sup>7</sup> Mt. vi, 22; Lc. xi, 34.

<sup>8</sup> Cf. Eccles. ii, 14; Prov. xvii, 24.

<sup>1</sup> Cf. Mt. x, 28. Cf. P. Lomb. III *Sent.* d. 34 c. 4.

<sup>2</sup> Cf. Ps. xxxvi, 8.

<sup>3</sup> Cf. Mt. x, 28.

<sup>4</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* iv, 8 (P. L. 186, 815): «Sed dum solo timore id agitur, uitia non jam extrinsecus perpetrantur in opere necdum intrinsecus expelluntur ex mente. Et quoniam mala actu dimittimus, mente amamus, initium sapientiae jam adest, sapientia ipsa adhuc abest, adueniet autem cum male agere nolueris, quamuis impune liceret». Cf. P. Lomb. l. c.

timor; sese tamen comitantur dum hic uiuitur. Nam *qui stat timeat ne cadat*<sup>6</sup>. Post *perfecta caritas foras mittit timorem*<sup>8</sup>. Tamen quemadmodum tibi cauendum erat ne solum timore seruire, ne solum seruus nec etiam filius esses, ita nimirum uitare  
 5 debes diuino in obsequio ne tantum mercedem tendas etiam ad celestem, ne tantum mercenarium te exhibeas non heredem, dum uoluptatem non parentem queris, dum proficuum non deum sitis, beatitudinem tantum hauens, deo carere paruipendens. Habundet nobis saltem uanitas mundi: mutare nolimus uisione dei, in  
 10 quo uel maxime patet infortunium nostrum. Nam quomodo deo placere possumus dum uilissimis uiliorem electione nefaria reputamus? Uir bonus ipsum cui obedit obedientie finem proponit, arbitrans dedecus largitori fieri si non ab ipso ipse, set aliud quasi carius postuletur.

15 (XII) Cuique instat uia uniuerse carnis: lex dissolutionis, praesertim cui languor increbruit. Iam pulsus casum meditetur. Hinc recessuro *grandis restat uia*<sup>1</sup> celumque scansuro. Surge, uoluntatem carnis excede, preparare eucharistie et comede. Percipe uiaticum, uiantibus singulare subsidium, *fortitudine huius*  
 20 *cibi peruenturus in montem domini*<sup>2</sup>, celsitudinem celi. Cibis iste indignum non refugit, set receptus perdit. *Qui enim manducat et bibit indigne*, scilicet cui placet peccare, *iudicium sibi manducat et bibit*, id est unde dampnetur sumit. Quare? *Non diiudicans corpus domini*<sup>3</sup>: dum irreuerenter accedit reus corporis et sanguinis domini, corporis crucifixi et sanguinis effusi,  
 25 equandus iudeis in pena quia non dissidet in culpa. Perfidus iudeus dum dominum cruci affigit; perfidus christianus dum minutis in ara confringit. Iudeus hominem dumtaxat putans iniuriam

8 hauens] *coni. haberent ms.* || 17 recessuro] *necessuro ms.*

<sup>6</sup> Cf. 1 Cor. x. 12.

<sup>8</sup> 1 Jn. iv. 18.

<sup>1</sup> Cf. 1 Reg. xix. 7.

<sup>2</sup> *ibid.* 8.

<sup>3</sup> 1 Cor. xi. 29.

facit mortali; christianus et deum sciens contumeliam irrogat immortalis. Perfidus ergo iudeus, perfidior christianus. Ille de latere, iste de calice sanguinem fundit. Joseph piis manibus membra domini baiulat: iste illis quibus paulo ante pudibunda  
 5 scorti libidinose tractauerat; ore quo basia scorto, scortator et ipse, affectuose inpresserat salutem mundi, decus celi, dedecore contingendo demens nichil dubitat; et quidem ibi dominum munda admisit sepultura, hic autem per os hesterno adhuc fetens modo in sentinam uentris recenti crapula ructante exes-  
 10 tuantis tanquam euripo immergendus abominanter deponitur. Tu qui sic agis antichristum potiusquam christianum te noueris, et quidem *christus resurgens ex mortuis iam non moritur*. *Mors illi ultra non dominabitur*<sup>4</sup>. Quippe iam passione prorsus intactus apparet, ultra morte non dissoluendus. Mortis euadens imperium in impassibilitatis deuenit libertatem, et ta-  
 15 men qui indigne communicat, quantum in se est, impassibilem interimit, comminuit, indecenter sepelit. Nam quod sanctis sacramentum, scelestis reputatur parricidium. Hi a participatione communionis redeunt sacrilegi; illi et in dimicatione robustiores officio. Set hii fiunt deteriores, illi et dimicatione robustiores  
 20 et ab insidiis cautiore<sup>5</sup>. Quid ergo, sacrilege, quid insultas homicidis? Alii, hominis; tu, dei homicida es; alii, hostem; tu interemisti patrem, et quotiens ad mensam domini inconsulte accessisti tot parricidiorum reatus contraxisti. Festina, miser, festina reconciliari. Etas tua in malo decuplata quid tantum  
 25 faceret unde tantulum digne expiaret? Si tamen te penitet ueniam non desperes. Memineris dominum suis pro interemptoribus interuenisse, et apud trinitatem indulgentiam inpetrasse; unde petro predicante meruerunt conuerti<sup>6</sup>. Tua quidem indignitas est multa, set eius dignitas est plurima; quantumuis qui-  
 30

21 sacrilege] *sacrilegis ms.* || 24 reatus] *reatum ms.*

<sup>4</sup> Rom. vi. 9.

<sup>5</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* viii, 2 (P. L. 186, 963): « Nimirum inde redeunt boni meliores, mali peiores ».

<sup>6</sup> Act. Ap. ii. 37-8.



dem culpa, set preualet misericordia. *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat*<sup>7</sup>. Probet quid egerit discutiendo, discussa lugendo, et que luxerit puniendo, et sic de pane illo edat<sup>8</sup>.

5 (XIII) Ut autem uniuersam christiane religionis continen-  
tiam breuiter perstringamus, firmiter tene fidem, spem, carita-  
tem, tria hec. Hec sufficiunt sola: sine his nichil sunt cetera<sup>1</sup>.  
Fidem catholicam uel simbolum apostolorum uel athanasii testi-  
monium tibi insinuabit. Nam *sine fide impossibile est placere*  
10 *deo*<sup>2</sup>. Uerum si credideris, credita autem non speraueris, frus-  
tra credis. *Si credere potes, omnia possibilis sunt credenti*<sup>3</sup>.  
Quippe si potes credere quod deus possit et uelit tibi optata  
conferre; deo omnia possibilis sunt dare taliter credenti *quod*  
*est*<sup>4</sup>. Si ita credis ut speres, obtinere ne dubites. Nam *spes*  
15 *non confundit*<sup>5</sup>, ita tamen si *caritas per spiritum infunditur*  
*cordibus nostris*<sup>6</sup>; nam et fides quia non coronatur uana, et  
spes quia fallitur confusa, nisi assit caritas, que utrique robur  
infundat. Credenda fides erudit; erudita spes petit; petita caritas  
acquirat. Due sine tertia esse possunt, set nichil proficiunt.

<sup>7</sup> I Cor. xi, 28.

<sup>8</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* viii, 2: «Probet igitur se homo erratus suos discutiendo, et inventos corrigendo, et quantum pro qualitate sceleris, et reuerentia mensae Salvatoris decet, a tanto cibo absineat; ita tamen ut si mors occurrerit, viaticum praesumat: hoc namque prandio opus est ad coelestem migraturis coenam».

<sup>1</sup> Cf. Rob. Pull. *Sent.* iv, 9 (P. L. 186, 816): «Excellentissimam nobis viam ad Deum Apostolus demonstrat esse tria haec: fidem, spem, caritatem. Cum quibus nemo est malus, sine quibus nemo est bonus»; et cf. Rob. Pull. *Sermones*, Ms. Lambeth 458, fol. 120: «Si ergo uolumus ut deus sit in nobis, duo congregentur in nobis, id est, bona uoluntas et operatio coniungantur, uel tres, id est, fides, spes, caritas simul habeantur, et tunc erit Christus in medio regens animam ut bene cogitet et bene uelit, et corpus etiam ut bene operetur».

<sup>2</sup> Hebr. xi, 6.

<sup>3</sup> Cf. Mc. ix, 22.

<sup>4</sup> Cf. Hebr. xi, 6.

<sup>5</sup> Rom. v, 5.

<sup>6</sup> *ibid.*

Tercia duas semper habet secum. Quare? *maior horum est caritas*<sup>7</sup>.

F. COURTNEY S. I.

<sup>7</sup> Cf. I Cor. xiii, 13; Rob. Pull. *Sermones*, Ms. Lambeth, 458, fol. 142: «Et sicut in carnali generatione Christi caro uirginis unita est diuinitati, sic in hac spirituali per liberum arbitrium anima Deo unitur. Et ita fides tanquam primogenitus ex hac unitione procreatur. Unde Augustinus: fides in corde tuo, Christus in corde tuo. Post hanc spes generatur cum multis aliis. Quorum omnium consummatio caritas est».